BIBLIA LATINA, BD. 1
Salzburg (?), 2. Viertel 14. Jh.
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

argentum et sicut lutum preparauerit ues
timenta. preparauit quidem. sed iustus
uestietur illis. et argentum innocens
diuidet. Edificauit sicut tinea do
mum suam. et sicut custos fecit umbra
culum. Diues cum dormierit nichil
secum afferet. aperiet oculos suos et ni
chil inueniet. apprehendet eum quasi
aqua inopia. nocte opprimet eum
tempestas. tollet eum uentus urens
et auferet. et uelud turbo rapiet eum
de loco suo. emittet super eum et non par
cet. de manu eius fugiens fugiet. stringet super
eum manus suas et sibilabit super
eum intuens locum eius. XXVIII

Habet argentum uenarum
suarum principia. et auro
locus est in quo conflatur.
ferrum de terra tollitur. et lapis solutus
calore in es uertitur. tempus posuit
tenebris. et uniuersorum finem ipse con
siderat. lapidem quoque caliginis
et umbram mortis diuidit torrens
ab populo peregrinante eos quos oblitus
est pes egentis. terra de qua orieba
tur panis de loco suo igni subuersa
est. locus saphiri lapides eius. et gle
be illius aurum. Semitam ignorauit
auis nec intuitus est oculus
uulturis. nec calcauerunt eam filii insti
torum. nec transiuit per eam leena.
ad silicem manum suam extendit. subuertit
a radicibus montes. in petris riuos
excidit. et omne preciosum uidit
oculus eius. profunda quoque fluuio
rum scrutatus est. et abscondita pro
duxit in lucem. Sapiencia uero ubi
inuenitur. et quis est locus intelligen
cie. nescit homo precium eius. nec
inuenitur in terra suauiter uiuencium.
Abyssus dicit. non est in me. et mare
loquitur non est mecum. non dabitur
aurum obrizum pro ea. nec appen
detur argentum pro commutati
one eius. non conferetur tinctis in
die coloribus. nec lapidi sardonico pre
ciosissimo uel saphiro. non adequabi
tur ei aurum uel uitrum. neque commu
tabuntur pro ea uasa aurea. excelsa et
eminencia non commemorabuntur compa
racione eius. trahitur autem sapiencia de
occultis. non adequabitur ei topazius
de ethiopia. nec tincture mundissime
componetur. Unde ergo uenit sapiencia
et quis est locus intelligencie. Abscon
dita est ab oculis omnium uiuencium.
Volucres quoque celi latet. perdicio et
mors dixerunt. Auribus nostris audi
uimus famam eius. deus intelligit
uiam eius. et ipse nouit locum illius.
Ipse enim fines mundi intuetur. et omnia
que sub celo sunt respicit. Qui fecit
uentis pondus. et aquas appendit in
mensura. quando ponebat pluuiis
legem. et uiam procellis sonantibus.
Tunc uidit illam et ennarrauit eam
et preparauit et inuestigauit. et dixit homini.
Ecce timor domini ipsa est sapiencia.
et recedere a malo intelligencia.

Addidit XXIX
quoque iob. assumens parabolam
dixit. Quis michi tribuat
ut sim iuxta menses ~~[illegible]~~ pris
tinos secundum dies quibus deus custo
diebat me. quando splendebat lucer
na eius super caput meum. et ad lumen
eius ambulabam in tenebris
sicut fui in diebus adholescencie

xxix.

.319